Salve Colendissime Vadiane. ante duos annos ex Friburgo
per Fabronem praefectum ad te dedi, tales ut nunc habes. Haec est
extemporanias, sed tum rem ipsam tibi exponere non ausi,
propter periculum quod mihi forsan per Galli[illegible] non-
bilis fecit, rogabat usque me ad Sanctum Jacobum peregrinum tibi de-
scribere, cum essem Serenissimi domini mei, ad Regem tum Catholicum
Orator, et egi in Hispania biennium ultra octo menses.
Quaeso pro tuo christianismo quo me prosequebaris necessariam
excusationem boni consule. In reditu cupivi te vidisse libenter
Sed quia pestis apud vos passim grassabatur, in aliud
iter declinavi; cum Italiam in fatis non fuit ut vocarem te
et alloquerer, et tua dulcissima consuetudine frui possem,
ne unquam te penitus corriperet oblivio, has ad te, nactus
opportunitatem istius tui Conterranei, dedi. Summopere te rogo
Ut vicissim aliquibus scriptis tuis iucundissimis me consolatum
efficias, et si quid erit quod hic pro te, vel in curia Cae-
sarea et [illegible] facere debeam, utere, recta habitudine [illegible]
me facturum quam libentissime. faustissime vale cum tua Coniuge
et si sunt, liberis, et me quo coepisti absentem amore prosequere
Absentem absens [illegible]. Cracoviae. 1. octobris Anno 1521

Tuus Jo: Dantiscus [illegible]
Serenissimi poloniae Regis Orator

Eruditiſſimo Domino
Vadiano artiū et
Doctori · Poetæ laure-
ato fratri charissimo ·

Santgallen ·

Cæſſa 1 –